



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pauli Segneri Societatis Jesu Brevis Vitæ Historia  
cum ejusdem Concordia Quietis & Laboris in Oratione,  
Expositione in Psalmum Miserere, Considerationibus de  
Inferno, Expositione Cantici ...**

**Massei, Giuseppe**

**AUGUSTÆ Vindel. & DILINGÆ, 1707**

**VD18 12383155**

§. XXXVI. Loca; quæ P. Paulus excoluit, enumerantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47773](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47773)

## §. XXXVI.

*Loca, quæ Pater Paulus excoluit, enumerantur.*

**A**Tque hæc erat ratio vivendi, quam ipsos viginti sex annos in Apostolicis suis Expeditionibus P. Paulus tenuit, quas semper post Resurgentis Christi solemnia ordiebatur, in iisque ad Novembris usque initium versabatur. Sic percurrit, & ad non vulgare virtutis ac Sanctimoniarum studium excitavit Diœceses Lucensem, Placentinam, Faventinam, Mutinensem, Parmensem, Mantuanam, Regiensem, Nonantulanam, Carpensem, Aretinam, Bononiensem, Pisciensem, Genuensem, Albenganam, Anconitanam, Sarzanensem. Atque harum Diœceseon aliquas totas lustravit sèpius, præter alias quas non totas obivit, è quarum numero sunt Brixensis, Laudensis, Firmana, Senogalliensis, Savonensis, Bertinoriensis, Vintimiliensis. Ad urbes quod spectat, ipse non propendebat ad eas suo illo ritu excolendas, ratus rectius operam suam collocari in pagis & oppidis; cum his plerumque minus prospectum sit de necessariis procurandæ salutis subsidiis. Nihilominus induci se passus est ad sic excolendas, insigne semper cù emolumento, Urbes Pratum, Anconam, Pistorium, Firmum, Ripatransonem, Asculum, Montem altum, Fanum, Seriogalliam, Eugubium, Sarzanam, Albengam, & præcereris nobilissimam urbem Bononiam, cuius hoc loco par est speciatim nieminisse ob singularem frequentiam, summam religionem, ardoremque, quem semper præ se tulerant omnis generis & conditionis inquilini, sic ut Urbs ista aliis ut illustre exemplum proponi possit; & qui veterum eius urbis Annalium præ aliis notitiam habent, afferant, sacras has

urbis

IVXXX

urbis emendandæ functiones citra jactantiam iis comparari posse, quibus aliquot ante seculis eam magnus Italæ Apostolus Bernardinus Senensis excoluit.

§. XXXVII.

*Hiemis tempore libros scribit P. Paulus.*

Perfecto hac ratione Expeditionum suarum gyro, reliquo anni spatio recipiebat se P. Paulus in Collegium aliquod Societatis, quod ferme erat Florentinum Quiesquam inibi se restaurabat, erat clucubratio pretiosorum illorum librorum, è quibus tantum utilitatis in omni mortalium genus manavit, quique pluribus locis iteratò prælo subiecti, & ex Italico in alia Europæ idiomata, Latinum præcipue, translati sunt. Magno enimvero lucubrationes istæ Authori suo steterunt. Fassus ipse est, se crebrò admodum octo integras horas diei spatio ipsis impendisse: nec id difficulter sibi persuadebit, quisquis usu didicit, quid sibi possat ratio hæc tam eleganter, tam doctè, & eruditè scribendi. Semel duntaxat visus est DEUS voluisse ipsi facilem admodum reddere scribendi laborem, modo non ordinario, dum clucubrandæ Concordiæ Quietis ac Laboris in Oratione se impendit. Miratus est ipse vehementer, tam facile occurreto calamo aptissimas cogitationes. Cùm libros consulebat ad inveniendum aliquem locum, offerbat se confessim, quod quærebatur: unde agnovit opein planè singularem, quam DEUS volebat promovere opus ad multorum salutem profuturum. Excursionibus Apostolicis, & scribendi occupationi adjungebat Pater Conciones per verum jejinium, quibus varias Italæ & nobilissimas urbes.

K 3

quæ